

R. K.
416,18.

(X 1877405)



Q. D. B. V.
DISSERTATIO HISTORICA,
QVA

IDOLUM PONTIFICIORUM
DESTRUCTUM,

h. e.

MAGNUM,
QVEM VOCANT,
CHRISTOPHORUM,

Consensu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ,

In Alma ad Albim Academia,

Publico placidoque Eruditorum Examine
subjiciunt,

PRÆSES

M. JOHAN. ANDREAS *Gleich*/

Gerâ - Variscus,

&

RESPONDENS

ANSH. CHRIST. SIEGM. MEYERUS,

Baruthô - Francus,

In Acroaterio Minori,

Ad D. XIV. Novembr. A. O. R. clis lse LXXXVIII.

H. L. Q. C.

VITENBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.



DISSSERTATIO HISTORICA

QVA
IDOLIM PONTIFICIORUM
DESTRUCTUM

MAGNUM
QVEM VOCANT
CHRISTOPHORUM

Comentii Amplissimi Facultatis Philosophicae
in Almae ad Albiim Academiae
Publico placidoque Auditorum Examine

subjunctis
P R A E S E S

M. JOHANN. ANDREAS

Geta - Varius

RESPONDENS

ANSH. CHRIST. SIEGM. MEYERUS

Bartho - Francus

In Accusatorio Minoris

Ab D. XIX. Novemb. A. O. R. ch. de LXXVIII.

H. L. S. C.

WITTEMBERG

Typis Christiani Schröderi, Acad. Typ.





JESU Fortunante!

ARGUMENTUM DISSERTATIONIS.

- §. 1. Fabulas Latini cœtus in excogitandis sanctis ostendit.
§. 2. De commentis hujus origine, Sancti patria, forma atq; statura agit. §. 3. Monstri istius ac non-entis vitam, acta & facta recenset. §. 4. Christophori conversionem & illuminationem habet. §. 5. Verbi divini prædicationem, ab ipso ad nonnullos factam, refert. §. 6. Martyrium describit. §. 7. Reliquias illius exponit. §. 8. Precationes ad ipsum missas, nec non cultum describit. §. 9. Judicium nostratum & ipsorum Pontificiorum subjungit. §. 10. Decestratione rem omnem absolvit.

§. 1.

Tanta Sanctorum apud Pontificios colluvies est, tantaque copia, ut maximum, imò & universum fermè totius anni spatium, eorum feriis consumant. Novos semper & vel singulis horis sibi imaginantur, quos in catalogum referunt, & ineptissima canonisatione (quam enim sanctitatem homo homini tribuere potest?) ac reverentia excipiunt, & præter meritum, interdum pro relicto splendido patrimonio, ab inferis ad astra tollunt. Sunt quidam qui Sanctos spurios, & quorum ne quidem caput aut pes unquam exstitit, redivivos ex pulvere in scenam proferunt, eosque magnificiunt, colunt ac ve-

B. Luthergo. v.
gen. f. 313. de
magno Christophoro
vid. et Casaliun
de veter. sac. Chr.
rit. p. m. 23.
vid. Lande in
Select. N. m. m.
exposit. p. m.
II. Vanhaver
Dram. sac. p. m.
464. sequ.

nerantur. Sed quid hæc "miramur? Solent & ipsum Christi sudarium pro sancto venditare, precesque ad illud fundere: *Sancte*, inquam, *Sudari*, *ora pro nobis!* risum autem teneatis amici; quævis sudarii vocabulum in exclamandi aut vocandi casu longè aliter desinere perspectum est, nec, si cum Romanensibus sentiendum sit: sancte, sed sanctum illud cognominandum. Pari sanè acuminis indicio & mutatione oppidò ridicula, quæ Articulus Smalcaldicos in hominum censum retulit Monachus Carmelita, Ludovicus Jacobus à S. Carolo, in Bibliotheca Pontificia, & eruditione pariter ac prudentia eminentissimo Julio Mazarino inscripta, Lugduni apud Gabr. Boissat. & Laurent. Anisson. Ao. 1643. p. 455. Articulus Alsmalcaldus Germanus, Lutheranus, edidit de primatu & potestate Papæ librum. Inter Sanctos tamen suspectos caput effert ingens monstrum, staturâ, corporisque machinâ maximè conspicuum, *Magnus*, quem vocant, *Christophorus*, cujus memoriam solenni quadam festivitate, & cum tripudio recolere huc usque consueverunt. Hujus Sancti existentiam ut debilitaret fucumque totius rei ostenderet, ac ipsam fabulam planè penitus destrueret, inter tot argumenta hoc elegit, præstantissimus Dn. Respondens, idque publicè sibi defendendum sumsit.

§. 2. Sed dum vela Dissertationis expandimus, ante omnia observanda origo hujus sancti, patria, nec non ipsius statura & forma. De totius fabulæ origine annus definitus apud nullum exstat Auctorem, præterquam quod sub Seculi III. tempora vixisse, (sub quæ postea Martyrium passus) & ex Cananæa oriundum esse, aurea Monachorum Legenda, (1) s. Passionale sacrum referat. Ipsius formam ingentem ac nimis justam proportionem excedentem, describunt varii variè. Baronius (2) eam ipse non expressit, sequen-

(1) edit. vetustiss. ao. 1510. impress. (2) Baron, Martyrolog. ad XXV. Jul. p. 453.

sequentia tamen habet: *Quod pertinet, inquit, ad giganteam staturam, quæ pingi consuevit, quid dicam, non habeo.* Mentionem verò paulò post facit versuum quorundam, ex hymno aliquo desumptorum, quibus ejus imago describitur, imò potius tantummodo adumbratur:

Elegansq; statura, mente elegantior,

Visu fulgens, corde vibrans & capillis rutilans,

Ore Christum, corde Christum Christophorus insonat.

Petrus de Natal. (3) eum vultu terribili & procerrimæ staturæ fuisse scribit, utpote, quæ duodecim pedes in longitudine habuerit. Cui aurea, (4) quam ante adduximus, *Legenda*, suffragatur, asserens: *Fuit corporis statura proceram admodum, & gigantea proceritate, duodecim minimùm ulnas cubitosve altus, ut vix pinum invenias proceriorem.* Cum quibus omnibus etiam Ecclesiæ Romanæ pictores egregiè conspirant, qui eundem ingenti forma, horribiliq; barba ac vultu, in tabulis suis demonstrant, plebemq; adèò spectaculis deditam, mirificè his decipiunt, atq; in obtrudendo eo, excogitato tantùm sancto, tanquam DEO tutelari, (5) Salutem Ecclesiæ suæ & opulentiam procurant, (6) non obstante, quod Doctorum in Schola Pontificia plurimi meram parabolam judicent ac æstiment.

§. 3. Monstri hujus ac non-entis vita & acta, post modum ad Christianam fidem conversio, ut majorem omnia habeant veritatis speciem, ab Auctoribus ita enarrantur: *Christophorus, ut in quibusdam gestis suis legitur, (gesta autem hæc merum Monachorum commentum fuisse, judico,) cum stabat cum quodam Rege Cananæorum, venit*

A 3

venit

(3) De sanctis in mense Jul. p. 128. c. CXXXV. edit. Lugd. A. 1519. (4) Aureæ legendæ edit. ante allegatæ c. XCV. (5) Sic Sanctos Jovius vocat, l. 24. Histor. in fine. (6) vid. *Molanus*, scriptor Pontificius, de sacris picturis c. 84.

venit sibi in mentem, ut maximum Principem, qui in mundo
esset, quæreretur, & ad eundem secum moraturus accederet.
Venit igitur ad quendam maximum Regem, de quo gene-
ralis fama habebatur, quod majorem mundus Principem
non haberet. Quem Rex videns libenter recepit, & in sua
curia manere fecit. Quadam autem vice joculator can-
tionem quandam coram Rege cantabat, in qua frequenter
Diabolum nominabat. Rex autem cum fidem Christi habe-
ret, quandocumque Diabolum nominari audiebat, protinus in
faciem suam crucis signaculum imprimebat. Quod videns
Christophorus plurimum admirabatur, cur hoc Rex ageret
& quidnam hujusmodi signum sibi vellet. Cum autem de
hac re Regem interrogaret, & ille hoc sibi manifestare nol-
let. Respondit Christophorus: Nisi hoc mihi dixeris, tecum
ulterius non manebo. Quapropter coactus Rex ei dixit:
Quandocumque Diabolum nominari audio, hoc signo me mu-
nio, timens, ne in me potestatem accipiat mihique noceat. Cui
Christophorus: Si Diabolum, ne tibi noceat, metuis: ergo
ille major & potentior te esse convicitur, quem tu in tan-
tum formidare probaris. Frustratus igitur sum spe mea,
putans, quod majorem & potentiozem mundi Dominum non
invenissem. Sed jam nunc valeas, quia ipsum Diabolum qua-
rere volo, ut ipsum mihi in Dominum assumam & ejus ser-
vus efficiar. Discessit igitur ab illo Rege & Diabolum qua-
rere properabat. Cum autem per quandam solitudinem
pergeret, vidit magnam multitudinem militum, quorum qui-
dam miles ferox & terribilis veniebat ad eum, & quoniam
pergeret, requisivit. Cui Christophorus respondit. Vado
querere Dominum Diabolum, ut ipsum in Dominum mihi
assumam. Cui ille. Ego sum ille quem quaris. Gavisus
Christophorus se sibi in servum perpetuum obligavit: & i-
psum pro Domino suo accepit. Cum ergo ambo pergerent
& in

Et in quadam via communi, quandam crucem erectam invenissent: mox ut Diabolus illam crucem vidit, territus fugit, Et viam deserens per asperam solitudinem Christophorum duxit, Et postmodum ipsum ad viam reduxit. Quod videns Christophorus Et admirans interrogavit illum, cur in tantum timens, viam planam reliquerit? Et tantum devians per tam asperam solitudinem ierit? Quod cum ille nullatenus sibi indicare vellet, dixit Christophorus: Nisi mihi dixeris, statim à te discedam. Quapropter compulsus Diabolus dixit ei: Quidam homo qui dicitur Christus, in crucem affixus fuit, cujus crucis signum cum video, plurimum pertimesco Et territus fugio. Cui Christophorus: Ergo ille Christus major Et potentior te est, cujus signum in tantum formidas. In vacuum igitur laboravi, nec adhuc maximum Principem mundi inveni. Jam nunc valeas, quia te volo deserere Et ipsum Christum inquirere. Hæc ridicula illa, nimis tamen proluxa factorum ejus commemoratio, quam ego magis adscribere volui, cum aurea Legenda plurimis non sit ad manus. Ab aliis verò aliter describitur: quæ variæ sententiæ omnes si diducerentur, tædium Lectori facerent. Aliter habet Genuensium magnus ille præsul, Jacobus de Voragine, (7) aliter Petrus de Natal. (8) quoad rem tamen & circumstantias ut plurimum conveniunt; graculus enim graculo assidet.

§. 4. Sequitur nunc nostri ad Christianam fidem conversio, quæ, uti omnia fabulis involuta, pari ratione fundamento & auctoritate destituta. Sed cum uberius ea proponat aurea Legenda, potissima tantum afferam, remque in compendium contraham. Demum de eo interrogans homines plures, directus fuit ad sanctum eremitam. Qui

(7) Jac. de Voragine apud Antonium Tit. IX. c. 1. §. 41. in med. (8) Petr. de Natal. de Sanctis in mense Jul, c. 135 f. 128. edit. Lugd. Ann. clo b XIX.

instruens eum de fide Christi, & moribus servandis à Chri-
stianis, inter quos erant, quod oportebat jejunare, orare
& hujusmodi agere; & ille diceret, ut non assuetum non
posse facere; demum dixit & injunxit ei in obsequium
tanti Regis & Domini, cum maximus corpore esset, ma-
neret juxta quendam fluvium, qui habebat aquam pro-
fundam & multi in transtu ejus submergebantur, ut ipse
homines volentes transire in humeris suis deferret. Quod
acceptavit; & faciens juxta illum fluvium habitaculum par-
vum de lignis, transvadabat cunctos. Quadam autem
nocte puer parvus clamavit, vocans eum, ut eum deferret,
per flumen. Qui egressus de habitaculo nullum invenit.
Ter autem puer, hoc egit. Sed tertia vice vidit parvulum,
qui erat Dn. Jesus Christus, in forma pueri. Ponens er-
gò eum in humeris suis cum flumen transiret, fluctus in-
tumuerunt, & puer ita ponderavit, ac si haberet maximum
pondus super se; & quod periclitabatur. Transito autem
fluvio deponens parvulum dixit: Verè puer in magno pe-
riculo me esse fecisti: ita enim ponderasti: ac si haberem
totum mundum super me. Cui ille: non mireris; quia
illum habuisti in humeris, qui totum mundum regit, ego
sum Dn. Jesus Christus, cui in hoc opere deservis: & ma-
gna est merces tua. Succincta sunt verba Jacobi de Vo-
ragine, quæ allegato loco, Petr. de Natal. adducit, paulò post
autem, in signe hujus conversionis miraculum addit, ut ma-
gis magisque rei veritas elucèscat, si fabulæ credere fas est.
Sic enim ille: In cujus signum mandavit, (Jesus) ut bacu-
lum suum in terrâ figeret, quem mane floruisse & fructifi-
casse videret. Statimq; ab oculis ejus evanuit. Christo-
phorus autem baculum in terram fixit, & die alterâ ipsum
ad modum palme frondes & dactylos protulisse conspexit.
Sicq; Christum Dominum sibi apparuisse cognovit, &c. Eo-

dem

(8) Petr. de Natal. de sanctis in nocte Jul. e. 122 f. 128.
XIX d. cl. na. l. g. d. n. l.

dem modo, paucis mutatis, breviter quidem, recenset ex Auctoribus Hospinianus, (9) & qui hac de re scripserunt plurimi alii.

§ 5. Referunt quidam divinitus (*per fabulam puta atque imaginationem*) illum inatum hunc Christophorum, de Christo passim prædicasse, & quidem in Samo civitate Lyciæ, quæ in Asia sita erat, ibique Christianos ad mortem damnatos, ipsumque supplicium subeuntes, suis allocutionibus suavissimis mirificè affecisse. Sic sæpè citata historia Lombardica s. aurea Legenda (10) nec non Auctor anonymus Chronici cujusdam, (11) Augustæ Vindelicæ editi.

§ 6. Huc usque conspirant Cadmæi fratres: sed nunc Martyrium describentes, in diversas invicem abeunt sententias. Sub Decio quidem mortem subisse, plurimi referunt, mortis tamen genus diversimodè ostendunt. Hæc Bergomensis & Hartmanni quoddam Chronicon habent: „ Captus à Rege Dagno, (quod alii corrigunt, per Imperatorem Decium) in caput Christophori galeam ignitam „ jus sit imponi, cum prius atrociter ferreis virgis cæsus esset; Deinde ad scamnum ferreum, quod corporis ejus „ staturam æquabat, eum alligari, eumque multo supposito „ igne, inflammari, Christophorum exuri, & corpus illius „ ferventi oleo perfundi præcepit. Admirabili autem modo „ liberatus, Christum rursus prædicavit, sed comprehensus, ad palum alligatur, & milites sagittis eum conficere „ volebant, mansit autem prorsus illæsus. Itaq; ad extremum, capitis obtruncatione martyrium suum complet. „ vit. Item fermè Petr. de Natalibus, (12) nec non historia Lombardica, (13) ambrosius tamen enarrat Antonius

B

ex

(9) Hospin. de fest. Christ. p. 122. (10) l. c. c. 95. (11) A condito mundo usque ad nostra tempora. (12) Petr. de Natal. l. 6. c. 135. (13) Hist. Lomb. c. 95.

ex Vincentio Bellovacensi Episcopo, cujus auctoritas in
 Historia, Doctorum suffragio, per levis est, utpote quam
 sine iudicio tractasse, res doceat, ut loquitur Herm. Con-
 ringius (14). Martyrologium Romanum (15) ferrearum
 pariter meminit virgarum, quibus Christophorum casum
 esse affirmat. Cum quo Marulus (16) facit, qui similia de
 virgis ferreis habet, galeam autem sub prunis ferve factam o-
 pertum, & igne supposito in ferreo scamno, ut torrendum,
 constrictum fuisse. Ex cuius sententia Zvvingerus sua
 hausit, quæ hæc de re refert in theatro. (17) Chronicon
 vetus, (18) antea citatum, de Martyrio inquit: Christofe-
 rus der Martrer / ein Mann gerader Person / unvergleichli-
 cher Größe und Stärke / hat dieser Zeit in Samo der
 Stadt Licie des Landes Asie um Christo den Tod gelit-
 ten / denn er ward erstlich mit Eisern Ruthen geschlagen / dar-
 nach mit Flammen gebrennet / und doch aus Göttlicher
 Krafft behalten / aber zu letzt mit Geschoss der Pfeil ergras-
 ben / und darnach enthauptet am XXV. Tag des Monats
 Julii / der denn / als sie sagen / den Herrn JESUM
 in Kindes Gestalt auf seinen Achseln über das Wasser ge-
 tragen hat. At Antonius Gallonius de Sanctorum Mar-
 tyrum cruciatibus, (19) adserit illum lenibus virgis casum
 fuisse. Nicephorus (20) simpliciter Christophorum sub
 Decio Martyrem factum indicat: tormentorum & suppli-
 cii generis, de quo priores multa nugantur, ne verbo qui-
 dem meminit. Sic hujus rei infirmitas ex ipsa Auctorum
 diversitate apparet, quippe qui inter se invicem contraria
 habent, suisque fabulis quam maximè delectantur. §. 7.

(14) Conring. in Antiqv. Acad. p. 76. (15) Martyr. Roman.
 ad d. II. X. Kal. Aug. (16) Marulus l. IV. c. 7. l. III. c. 3. l. V. c. 5.
 (17) Vol. IX. l. 3. fol. 2255. r. Volum. XII. l. 1. f. 2681. r. (18) Vo-
 catur das Buch der Cronicken und Geschichten / mit Figuren und
 Bildnissen / von Anbeginn der Welt bis auf diese unsere Zeit. 1510. Aug.
 edit. f. III. (19) c. IV. p. 157, & 159. (20) Niceph. l. V. c. XXVII.



§. 7. Ne autem quis hujus non-entis auctoritatem infringeret, solent ipsius reliquias ostendere atque ex scriniis suis pulverulentis proferre in lucem. Ut nihil dicam de dentibus Christophori, qui reperiuntur, juxta Chamierum, (21) propè Lutetiam, in Hispania, & Genuæ: placet Joh. Ludov. Vivem, Auctorem Pontificium, audire. Sic verò ille: (22) Festo D. Christophori, cum salutatum (h. e. adoratum) issemus eum, ad maximum urbis nostræ templum, ostensus est nobis dens mclaris (Christophori) pugno major, quem dicebant esse illius &c. Ut ad nostras domesticas reliquias nos conferamus, nunc opus est. Habent enim Hallenses, vel habuere potius olim, vom Haupt S. Christofels drey Particul/ (23) nec non vom Haupt S. Christophori ein merklich groß Stück/ (24) einen ganzen Zahn/ (25) und von Zähnen zween Particul/ (26) Habent & Vitembergenses von Zähnen ein groß Particul/ (27) und von einem Arm ein Particul/ (28) Et Hallenses jactant von Armen und Köhren sieben große Particul/ (29) item vom Schulter-Blat darauf er Christum getragen/ einen großen Particul/ (30) Et iterum ein groß Stück vom Schulterblat/ (31) Vitembergenses habent von einem Daum einen großen Particul/ (32) Hallenses vom Schiensbein ein groß Stück/ (33) seines heiligen Gebens hundert und sechs Particul/ (34) ac Vitembergenses sechs und dreißig Particul des Gebens. (35) Præterea Hallenses septem adhuc particulas Christophori exhibebant. (36) Romæ etiam integrum hujus Sancti brachium nimis longum ostenditur. (37) Christophori reliquiarum mentionem quoque alio in loco facit laudatus

(21) Chamier Panstrat. L. II. c. 16. n. 13. (22) Joh. Lud. Vives, in cap. IX. Libr. XV. Augustini de Civit. DEI fol. 454. edit. Basil. 1512. (23) p. 53. reliqv. à Franzio edit. s. B. Franzii Historische Erzählung der Reliquien im Schloß Wittenberg. (24) p. 56. n. 26. ibid. (25) p. 53. n. 15 (26) ibid. (27) p. 31. (28) ead. p. (29) p. 53. (30) p. 53. (31) p. 60. n. 34. (32) p. 31. n. 13. (33) p. 53. (34) ibid. (35) p. 31. (36) p. 5. 8. 11. 13. 56. & 58 (37) in libro describitur, qui dicitur, mirabilia urbis Romæ p. 69. sub fin.

Frantzius in eleganti nempe, quam habuit de Indulgentiis Pontificae, dissertatione Jubilæa (38). Tanta nempe fraudulentia est & *παραγγελία* Pontificiorum in exponendis reliquiis, ut non possit non ab uno cuique facile cognosci. Exposuit eam uberius & demonstravit doctissimus vir, Joh. Henr. Hottingerus, (39) quem vide. Idem ex Joh. Foxi, Scriptoris Britannici, commentariis refert, (40) anno superioris seculi trigesimo nono, multas in Anglia patefactas & in apricum productas fuisse circa divos fraudes. Et quid non deprehensus esset, qui Hierophylacia Papistarum periustrare liberius & absque periculo posset? Agnoscit ipsa Pontificia Ecclesia suas circa reliquias Sanctorum imposturas. Ita enim Auctor Anonymus (41) de Gallicæ Ecclesiæ fraudibus conqueritur: In dem 1668sten Jahr schickte Pabst Alexander VII. drey Kisten voll Reliquien in Franckreich/ dieselbe in die Spital-Kirche zu legen: diese drey Kisten waren mit rothher Seide gebunden/ und mit dem Siegel des Cardinals Gineti Verwalters der Reliquien und des Päpstlichen Messners bezeichnet / bey diesen Reliquien war eine Bull / welche mit sich brachte/ daß man dieselbigen ohne Scheu dem Volck zu verehren vorlegen könnte. Man hatte schon an allen Orten prächtige Zedul angeschlagen/ das Volck zu dieser Andacht zu beruffen. Die Bischöffe von Bayeux und Cahors, P. Dom. Cosme, P. Crasset und der Abt Fromentieres/ waren schon ausgelegt zu predigen/ dannaoh beschlosse man sie zuvor zu besichtigen. In der dritten Kisten fand man einen Kopff/ welcher anfangs warhafftig schiene/ mit dieser Überschrift / Caput Sancti Fortunati. In dem besichtigen nahm man oberhalb dem einen Ohr / ein Stück gemahltes Luches wahr. Der Arzt / Herr von Saint Germain, nahm ein Eisen/ bohrte damit hinein/ und befand daß es ein Kopf

(38) dissert. Jubilæa de indulgentiis Pontificiis 1617. habit. edit. secund. a. 1666. p. 124. & seqq. (39) Hotting. Sect. XV. H. E. p. 382. (40) p. 679. (41) Auctor Anonymus im Kunstgriff der Franckösischen Geistlichkeit. p. 108.

De reliquiis San-
ctorum videlicet
quod sit falsitas
p. 11. p. 300.



Kopf mit Karten-Pappier ware. Hierauf stieße man ein Wachss-
Licht hinein/ aber das Lichte scheint nicht durch. Endlich warffe
man den Kopf in heißes Wasser/ da das Gemählde ausgelöschet/
und die Karte weich wurde. Herr von S. Germain, hat darauf
alles was er gesehen / schriftlich verfasst. Aber durch einen
heimlichen Brief ist er gewarnet worden / es nicht zu weisen/wie
drigen falls er von stund an in die Bastille werde geworffen
werden. Et quis omnem nequitiam pessimorum ac ma-
leferiatorum hominum recensere cupiat? Qui isthac enar-
rare paret, similis illi sit, qui referre volet, ut cum Catullo
(42) loquar:

Quam magnus numerus Libyssæ arenæ

Laer piciferis jacet Cyrenis

Oraclum Jovis inter æstuosi,

Et Batti veteris sacrum sepulchrum.

Neque enim in Europa solum hujusmodi reliquiae infinitò prope nume-
rò monstrantur; sed reperiri etiam in Græcia, in Asia, in cæteris regioni-
bus, ubi Ecclesiæ Christianæ extant, (43) dicuntur.

§. 8. Ut autem sententiam suam Adversarii magis magisque firma-
rent, festum peculiare etiam huic sancto sacrum recensent, precesque
ad ipsum ardentissimas fundunt. II. X. enim Cal. Aug. ipso quo martyri-
um passus est die, Lyciæ institui ac celebrari peculiarem diem, Baronius
auctor (44) est. Implorant præterea & ipsius patrocinium Angli, Gal-
li & Germani; Enarrat hanc formulam magnus Ecclesiæ nostræ Doctor,
B. Chemnitius, (45) quâ ad Christophorum Papæi utuntur: O gloriose
martyr Christophore, sis memor nostri ad DEUM, omni hora; corpus,
sensum, & honorem conserva, qui cœli florem meruisti hic portare, inter
ulnas ultra mare, nos per tantam dignitatem fac vitare pravitatem, & a-
mare corde toto Deum verum laude, voto, præ cunctis mundanis istis, ut
post mundi hujus tristis blandimenta, te præsentem, perducamur ad cœli re-
gnum. Et paulò post subjungit aliam ad DEUM: DEUS, qui B. Chri-
stophorum, martyrem tuum, virtute constantiæ in passione roborasti, con-

B 3

cede

(42) Catull. p. 5. edit. Scalig. (43) vid. Heidegg. de peregr. relig.
p. 171. (44) Baron. in Martyrolog. p. 451. edit. Mogunt. Ao. 1631. (45)
Chemnit. in Exam., Conc. Trident. P. III. edit. Francof. p. 240.

cede propitius, ut qui ejus commemorationem agimus, ipsi ut meritis ac precibus ab omni langvore corporis & animæ præservemur, atque ad gaudia æterna feliciter perducamur. In hortulo animæ, Moguntia edito, peculiaris (46) quoque formula ad pictum fictumque istum Sanctum habetur, quam sicco pede præterire volumus. Hortulus animæ Lugdunensis Germanicus pari ratione specialem precationem recitat, (47) meritaque hujus Sancti maximè extollit. Ne autem putes, olim quidem supplicatum isti Christophoro fuisse, non idem hodie. En tibi officium B. Mariæ Virginis, Pii V. Pont. Max. jussu editum, & Monachii anno clc lxxxvii. sub censura Jesuitarum excusum. In hoc autem (48) Christophori memoria religiosâ veneratione colitur, dum DEUS hunc in modum invocari jubetur: præsta, quæsumus, omnipotens DEUS, ut omnes, qui CHRISTOPHORI implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum, per Dominum nostrum Jesum Christum. Hujus rei quoque testis est *Molanus*, (49) qui singulares etiam habet precationes, inquit:

Christophore sancte

Virtutes sunt tibi tantæ,

Qui te mane vident

Nocturno tempore rident.

Christophori sancti speciem quicumque tuetur,

Ista nempe die, non morte mala morietur.

Frequens præterea hujus sancti erat ac religiosus in Hispaniis cultus. Erat etiam Cordubæ nobilis ac vetus memoria S. Christophori, Ecclesia, & monasterium ab eo denominatum, cujus meminit S. Eulogius, dum agit de alio Christophoro ejusdem monasterii alumno: qui, sicut & nomen, ita etiam eum imitatus, martyrii coronam est consecutus, tempore persecutionis Saracenorum. De alio monasterio nomine ejusdem S. Christophori dedicato, meminit S. Gregorius. (50) Hinc factum etiam, quod & à Germanis, astutiâ Pontificiâ seductis, huic sancto templa exstruerentur, imò & diversoria publica, quæ passim hinc inde reperiuntur.

§. 9. Nunc quid de tota re fabulaque sit habendum, breviter ad finem est annectendum. Placet hic Megalandri nostri Lutheri sententia, qui de hoc Sancto ficto, sequentia habet: (51) *Ihr wisset alle wohl wie man*

(46) P. LII. 1543. edit. (47) Hortul. Lugd. Germ. CXXXVIII. 6. seqq. (48) p. 531. (49) Molanus c. 27. de sacris picturis. (50) S. Gregor. in regist. l. 8. epist. 33. (51) Luther. Jen. Tom. V. Germ. f. 313. seqq.

man S. Christoffel mahlet hin und wieder / solt aber nicht gedencen / das je ein Mann gewesen sey / der also (der große Christoffel) geheissen habe / oder leiblich das gethan / das man vom Christoffel sagt. Sondern der dieselbige Legend oder Fabel gemacht hat / ist ohne Zweifel ein feiner vernünftiger Mann gewesen / der hat solch Bilde dem einfältigen Volck wollen fürmahlen / das sie ein Exempel und Ebenbilde eines Christlichen Lebens / wie daselbe gericht und geschickt seyn soll hätten. Und hats also eben sein getroffen und abgemahlt. *zc. Cui ad socianda Molleri, quam in Allegoriis (52) refert; Nec omittenda B. Mitternachts verba, (53) qui unum alterumque momentum, haud incongruum, ad hanc ipsam materiam nobis suppeditavit. In quam opinionem omnes praeterea ferme orthodoxi abeunt, nisi quod quidam non tam Christiani in communi, quam speciatim Pastoris vel Ecclesiae ministri picturam illam hieroglyphicam esse adferant. Quin & ipsi Papaei lubentissime fatentur, praecipue qui sunt cordatiores, rem esse fallam, pictam atque tantummodo excogitatam. Hinc Uvicellus (hanc lectionem habet Hospinianus de fest. Christian. p. 123. Vicellium a. hunc vocat Baronius l. c.) (54) postquam Christophori martyrium in suum Hagiologium transcripsit ex Ruggero Fuldensi, (qui claruit anno Domini 1156.) tandem concludit: De transitione ejus per mare, & aliis, quae pinguntur, nullam Syllabam legi. Ut refert antea allatus Molanus (55). Huic ad stipulatur ipse Baronius, (56) qui de totius Christophori vita & actis hoc nobis subjungit judicium: *Hujus (sc. Christophori) acta quidem depravata ac inter se diversa admodum reperiuntur. Edidit ea primum Mombric, Tom. I. vir. sanct. Petrus in Catalogo libro VI. c. 135. Vicellius in Hagiologio ex Ruggero Fuldensi paucis contraxit. Legimus eadem in nonnullis antiquis codicibus, quae & Surius retulit in Tomum quartum: sed omnia quae censura indigeant. Et paulò post concludit: Porro ea cuncta quae de S. Christophoro feruntur, de palma, flumine, statura procera, ea, inquam, omnia, Hieronymus Vida Episcopus Alba allegorico sensu interpretata.**

*conf. Molleri in
Allegoriis
sancti
p. 1. p. m. 297.
p. 312.*

(52) Joh. Mollerus in Allegoriis P. I. §. 312. (53) Mitternacht. in pecul. Progr. de hoc argum. edito, Geræ Ruthenicæ. (54) de transitu Christophori per flumen l. mare. (55) c. 22. de picturis. (56) Baron. Martyrol. l. c.

pretata egregio cecinit epigrammate. Nunquam existisse hunc Sanctum Theologus Pontificius vel ipse Villavincencius, (57) adserit; *Dubium nemini est, inquit, picturam hanc (magni Christophori) à S. Patribus in hunc usum propriè excogitatam, ut Evangelii preconem adumbret, qui, dum Christum extollit, & circumfert, visendum cognoscendumq; omnibus periclitatur in procellis & fluctibus hujus mundi, sustentatur tamen spe jucundissimorum fructuum, in posterum, & vel post hanc vitam recipiendorum, quos baculus supernè virens & florens promittit &c.* Pari modo hanc allegoricam explicationem recenset Andreas Hyperius (58), multaque alia subjungit. Accedit ad hoc, quod nullus Sec. III. neq; proximorum temporum scriptor, Parentum hujus sancti, neque ipsius Christophori (ad quod tempus tamen martyrium ejus refertur) mentionem faciat, adeoque tota res fundamento sit destituta. Argumentum itaque firmissimum est:

Cujuscunque Sancti (1) mentionem non faciunt neque sui ævi, neque proximi, Scriptores, (2) ab ipsis Pontificiis, fratribus suis, pro falso & excogitato habetur, (3) omni planè auctoritate destituitur, ille pro falso, spurio & suppositio Sancto est habendus.

Atqui S. Christophorus talis est. Eg. Major per se patet. Minorem in antecedentibus, quantum temporis characterque angustia permisit, ut puto, satis superque probavimus.

§. 10. Abeant igitur Pontificii cum idolo suo atque Sancto fictio in malam rem, live ἐς κόρηνας, ut cum Græcis loquamur, quod δὲ πρὸς τὴν κόρηνας τὴν καίρω protrusus is videatur atque in lucem positus. Tantis nempe fabulis plebem decipiunt adversarii, quæ quidem à credulis mulierculis infantibus, ne plorent, cum applausu & admiratione recitantur, à prudentioribus verò meritò exploduntur. Nos purioribus Sacrae scripturae fontibus imbuti, his ridiculis histrionum narrationibus aures minime præbemus; sed potius DEum ardentissimis supplicibusq; rogamus precibus, ut cum Sacramentorum usu suum verbum, sanctissimum illud κειμήλιον, factum tectumque ad mundi usque finem nobis conservare velit.

S. D. G.

(57) l. 3. c. 7. de rat. itud. Theol. confer etiam A. Rivetum in Jesuita vapulante, seu in castigatione Notarum Sylvestri Petrae Sanctæ c. VI. p. m. 515. Tom. III. Opp. & Chamier Tom. I. Pansthat. L. 2. c. 16. Dr. D. Mayer, in Ecloga ad Evangel. Dom. post. circumcis. Christi. 1685. edit. (58) in libro de Studio Theologico l. 3. c. 31.

*Sic Christophori
Anim, inquit
Cyrillus Hierosol.
Catech. magis
q. p. 530. cum
ejus corpus et
sanguinem in
membrum nostrum
recepimus, atq;
divinae naturæ
confortes effici-
mur.*

D. Gobelius, Decan. in Dilefeld scripsit Historiam tituli Casuarum, in qua cum multa notata digna sunt, tum illud non minime, ubi ostendit, legendam vel potius fabulam potius Catharinae, merum comendum fumentum esse. et alia sane apparet et plura min esse, ut de Christophoro, Georgio, etc. Flavio Catal. Test. Ver. 2. 493. p. m. 850 edit. Francof. 1772. 9.

AD
PER-EXIMIUM, PRÆSTANTISSIMUM Q.
DN. RESPONDENTEM.

Fabula Christophori Magni sacra Tempora coronat
Ingenti statua, fabula vera manet.

Christophorum talem vetus & nova protulit ætas
Nunquam, sic igitur fabula vera manet.

Christophorus vero fiet omnis in Æde fidelis,
Usque ferat Christum corde, vel ore, suum.

Hæc scrutare piis studiis, DOCTISSIME MEYER,
Usque feras Christum, Christophorusq; lies!

scribebat gratulab.

Johannes Deutschmann/D.
p.t. Academiae Rector.

Destruis Idolum Papa, METERE, stupendum:
Sic Tibi perpetuò gloria vera manet.

Juveni ornatissimo, Auditori suo valdè
assiduo adponebat Vitemb.

Caspar Löscher/SS. Theol. Doct.
ejusdemq; Prof. Publ. Consist. Assess.
& circuli Elector. Saxon. Su-
perint. Generalis.

Pulchrior in cathedra se se exerit æmula Virtus,
Atque sequi luces ingeniosa cupit.

Hinc MEYERË, Tibi pulcherrima semina mentis
Gratulor erecta, conspicuumque decus.

Tumultuaria hæc venâ ac crenâ

L. M. Q. applaudeb.

Theodorus Daslovius, P. P.
p.t. Facult. Philosoph. Decanus.

Magnifico

Magnum Christophorum non sine maxima
Sistis laude tua, GLEICHIADÉ, optime
Civis, cum Socio MEYERIDE tuo.

Fiunt prælia Pallados.

Artûs in studio sunt Sapientiæ ac
Nervi non temerè credere quidlibet.

Hoc & principium non calamò minus,

Quàm docto ore tuemini.

Sic verum ex puteis eruere haud pudet

Maçti hâc vestrà operâ. Nam via panditur

Ad majora pius: nec benedictio

Unquam destituet gradûs.

L. M. Q.

αὐτοῦ ἐδ.

M. Johann Weister / Poet. Laur.

Cæs. Lyc. Witteberg. Rector. & Illu-

stris Societ. Teuton. addiçtus.

PER-EXIMIO ET PRÆSTANTISSIMO

SUO RESPONDENTI,

DN. ANSH. CHRIST. SIEGM. MEYERO,

Baruthô-Franco.

S. P. D.

M. JOH. ANDR. Gleich /

PRÆSES.

Facile à me impetras præsens epistolium, *Meyere suavis-*
me, cum illud ingentes animi tui dotes, suo quodam ju-
re, à me postulare videantur. Egregiè, fateor, stetisti sub
meo moderamine cathedram conscendens, haustaque ha-
ctenus Lipsiæ ac Jenæ eruditionis fundamenta, Vitember-
genfibus exponens ac demonstrans. Tu enim, Præstantis-
sime Dn. Respondens, præter Theologiæ S. S. studium, cui
felicissimè operam dedisti hætenus, magnumque hæc in par-
te tibi peperisti nomen, Philosophicis quoque literis, quarum
gratiâ

gratiâ me Achatem tibi elegisti, ita animum imbuiſti, ut B.
Dn. Parentis tui, imò & Patriæ inclutæ inſigne decus te futu-
rum eſſe, haud ex vano augurer. Tua in me huc uſque
locata fiducia, tua quoque induſtria, in Collegiis meis
quofidie viſitandis, nunc oſtendit, non feriatos nos eſſe, dum
contra Pontificios egregium hoc thema ſumis, & præclaræ
indolis tuæ ſpecimen exhibes, ad quas primitias, ut uber-
rima ſeqvatur meſſis, operam porrò dabimus. De hoc e-
gregio ſpecimine tibi gratulor interim, DEUMq; veneror,
ut ſtudiis tuis & in poſterum benedicere, eaque ad honores
& præmia digna perducere velit. Dabam Vitemb. apud Sa-
xones. A. O. R. clb Ibc LXXXIIX. d. XIII. Novembr.

I.

Du legſt auf die Wahrheits Wage /
Hochwerther Freund / durch munterm Fleiß /
Was ſich am hellen lichten Tage /
In Schalen nicht zu zeigen weiß /
Und prüffſt durch das Vernunfft Gewichte /
Die ungeheuren Mönch Gedichte.

II.

Der ganze Zweck von dieſem Wiſſen /
Beſtehet zwar in Dunſt und Luſt /
Darauf das Pabſtthum iſt beſliſſen /
Wenn es zu ſolchen Rieſen ruſt /
Die ſich vergrößern in Gedanken /
Und Zwerge ſeyn in Ohnmachts Schranken.

III.

Doch ſehen wir / wie du gezieret /
Mit Künſten und Geſchicklichkeit /
Dein Edler Geiſt bleibt unberühret
Von dem was leichte Körner ſtreuet.

Satz

Q. T. 1945

Sahet fort / es blühet die Ehrens-Krone
Am Elb-Parnass zu deinem Lohne.

Diese wenige Zeilen schreibe seinem Hoch-
werthen Freunde und Gönner in Eyl
aus höchstverpflichteter Schuldigkeit

M. Johann Ludwig Strebel
Onoldô - Francus.

Multos multa juvant didicisse fideliter Artes
Te, Decus ô clarum, Docte MEYERE, juvat,
Qvis neget ingenuis quod Tu sis Artibus auctus?
Nam præsens specimen Nomina clara dabit.
Perge, Tuæ major virtuti hinc gloria surget
Et lauro viridi cinget Apollo caput.

scribebat Amico suo lubens meritoq;

J. A. Lisovius.

Immortale paras Tibi nomen, dulcis Amice,
Dum properas pernix ad limina Sancta cathedræ,
Munere sublimi functurus. Gratulor ausis
Hisce Tuis ex corde imo, majora præoptans,
Scilicet, ut tandem Tibi præmia magna laborum
Cedant, ac laudis dignæ læteris honore.


*Animum suum infucatum erga Dn. RE-
SPONDENTEM, commensalem suum,
declarandi, apposuit hac paucula*

Johannes Adamus Müldnerus,
Hartensteinio-Misnicus, Phil. Stud.

Meyere adscendens etiam nunc doctè cathedram!
Gratulor hos ausus. Vive, vigesce, vale!

*Præstantissimo Dn. Respondenti Amico suo
integerrimo gratulab. accinebat*

Joh. Henricus Feder / Ludovicopolitanô-
Thur. Phil. & SS, Theol. Stud.



1077

1077





Typis Christianis
ANNO D. XIX. Novemb.
Batavi
ANSH. CHRIST.
RESI
Geta
M. JOHAN. A.
P. R.
Publico placidop
in Alma ad
Gonem in Amphist
CHRISTO
OVEM
MAG
DEST
IDOLIM PO
DISSERTAT

re in
qvic
roll
dum
pote
nifa
gina
T

